



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

22. An Collegium de propaganda Fide, & similia gaudeant Ecclesiae
Immunitate? Et an Seminaria gaudeant priuilegio Immunitatis? Et an rei
confugientes ad Ecclesiam, & tangentes tantum eius parietes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol. XXII.&c. 17

Et notatur, quod nomine *Passus* intelligitur mensura quinque pedum; pes autem amplectitur mensuram quindecim digitorum. Ex part. 3. tract. 1. Resolut. 71.

Sup. conten. tota hac Ref. supra in Ref. 7. & c. & c.

§. 1. Negatiue respondent Peregrinus de immunit. c. 4. n. 27. Farinac. in appen. cap. 16. n. 260. & Marius Italia lib. 1. cap. 4. §. 6. quia hæc consuetudo est in contrarium, & ideo asserit Villalobos in summa tom. 2. tract. 39. difficut. 5. n. 3. quod licet secundum iura [E]sta concedida esta immunitas no solo à las Yglesias sino tambien quarta passos rededor de la Yglesia Matriz, y treynta passos al alrededor de las demas, mas dize Couarruias, que y a por la costumbre hà callado esto quanto à las Yglesias que estan edificadas en las Ciudades, y que solo lo queda en las que estan edificadas dentro de los muros de los castillos.] Ita ille;

2. His tamen non obstantibus aliqui affirmatiue respondent ad propositum dubium, & asserunt supradictas domus gaudere immunitate, quamuis eas inhabitent laici, & ita hanc sententiam tenet Decianus in tract. crimin. lib. 6. cap. 14. num. 16. Ambrosinus de immunit. cap. 10. n. 8. & nouissimè Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 4. num. 7. quia immunitas est veluti accidens morale loco affixa, locatio autem est actio extrinseca loco; tum quia sequeretur in potestate locatoris esse auferre, vel concedere loco immunitatis priuilegium; tum quia immunitas concessa est loco sacro, & existentibus in tali loco: per accidens autem est, vt in tali loco habitet potius conditor, quam dominus directus, vel vtilis, tum quia loca sacra immunitate gaudent, exceptis casibus expressis; hic autem casus nullibi expressus, & exceptus repetitur; ergo, &c. hæc omnia docet doctus Bonacina, vbi supra, qui etiam optime notat, quod nomine *passus* intelligitur mensura quinque pedum, pes autem complectitur mensuram quindecim digitorum, & hoc etiam notauit Farinacius vbi supra n. 286 & Tufehus tom. 4. litera L. consil. 59. num. 2. & alij, ad consuetudinem verò quam in contrarium asserunt aliqui, respondeo Gregorium XIV. damnate supradictas consuetudines; ergo, &c.

RESOL. XXII.

An Collegium de propaganda Fide, & similia gaudeant Ecclesia Immunitate?

Et an Seminaria gaudeant priuilegio Immunitatis?

Et an rei confugientes ad Ecclesiam, & tangentes tantum eius parietes exteriores gaudeant Immunitate Ecclesie?

Idem est de tangentibus murum extrinsecum dictarum domorum, hortorum, Seminariorum, &c.

Et cursum docetur rectum Ecclesie Monasteriorum Immunitate gaudere.

Et an sub nomine Grangie Religiosorum intelligatur Villa etiam illa cum Capella, in qua Religiosi recreationis causa, & gratia aduenies, vel ibi commorantes celebrant, unde reus confugiens ad dictam Capellam gaudeat Immunitate Ecclesie. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. §. Resol. 38.

Sup. hoc cursum & recitatur supra in Ref. §. VII.

15. Interrogatus de hoc casu affirmatiue respondit, quia si Seminaria gaudent hoc priuilegio; ergo & hoc Collegium. Probo consensuentiam, nisi si Seminarium est erectum auctoritate Episcopi, hoc est erectum auctoritate Papa. Si in Seminariis exercentur opera pietatis, similiter & in hoc, imò maiora: nam omnes in illo commorantes student ad Tom. 1 X.

propagandam catholicam Religionem in vniuerso orbe. Adde, quod in dicto Collegio adest Ecclesia cum ianua in platea publica, in qua commorantes in diebus festis canunt Missam solemnem; & Vesperas. Quod autem seminaria gaudeant priuilegio Ecclesie tradit in terminis Guazzinus, vbi infra; num. 70. Sperellus; tom. 1. dec. 63. num. 9. Bonacina, tom. 2. d. 3. quest. 7. puncto 4. num. 20. Riccius in praxi; tom. 3. resol. 412. Nouarius in praxi Elect. fori. sect. 1. quest. 42. num. 13. Leone de censuris Recollect. 4. verb. extrahentes; fol. 319. col. 1. Paz Iordanus in var. Elucubrat. tom. 2. l. 11. tit. 3. num. 212. Trullench in Decal. tom. 1. l. 1. cap. 11. dub. 1. num. 7. Peregrinus de immunit. cap. 4. num. 67. Genuensis in praxi Archiep. cap. 17. num. 10. vbi testatur, quod fuit anno 1601. restitutus domus furti Seminarij Neapolitani, quidam homicida qui confugerat ad eam; & proprie ad furtum se contulerat ingrediens per ianuam magnam dictæ domus; quæ est à parte viæ publicæ, non à parte Seminarij; quia negari non poterat quin dicta domus esset Seminarij; & sic loci pij. Sic ille.

2. Nota hic obiter me olim docuisse reos confugientes ad Ecclesiam tangentes tantum eius parietes exteriores gaudere immunitate, & præter Doctores à me alibi adductos hanc sententiam me citato tenet Barbosa in votis, tom. 2. lib. 3. voto 127; num. 42. Trullench. in Decal. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 4. Escobar Iesuita in Theol. Mor. tract. 6. exem. cap. 2. num. 34. Thomastus Decade 4. tract. 1. de Immunit. Eccles. num. 182. Ciardinus, tom. 2. cap. 97. num. 2. & 23. & me citato Pellizzarius in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 1. num. 5. Leone de Cens. Recollect. 4. verb. extrahentes; fol. 318. col. 1. circa finem. Franciscus Zipæus de Iurisdict. Eccles. lib. 1. cap. 34. num. 3. Iordanus in var. Elucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. 3. num. 188. & nouissimè me citato Paulus Guazzius in tract. de defensione antinarum, lib. 1. defens. 1. cap. 13. num. 71. vbi sic ait; Quætes an muri extrinseci dictarum domorum, hortorum, Seminariorum, &c. gaudeant immunitate? Vnde qui ad eos confugeret tangendo, & toto corpore adherendo, sit immunitus? & respondeo affirmatiue: domus enim tota fabrica, tam extrinsecus, quam intrinsecus dicitur; vnde adherere domo dicitur qui muris eiusdem, licet extrinsecus adheret; sicuti à simili dicitur de illo qui amplectitur muros extrinsecos Ecclesie. Ita ille. Et quidem id communitè asserunt Doctores, quod tectum Ecclesie Monasteriorum immunitate gaudet, quia vna, & eadem res censetur cum tota domo; ergo si tectum, etiam muros dicendum est gaudere dicta immunitate; domus enim nedum ex solo, sed ex superficie etiam constat, vt dicit text. in leum qui in princ. & ibi glossa, ff. de usurpat. Nota hic obiter, notissimè Eminentissimum Cardinalem de Lugo, in responsionibus mor. lib. 3. d. 16. per totum, docere ad effectum gaudendi immunitate sub nomine Grangie intelligi Villam etiam illam cum Capella in qua Religiosi recreationis gratia aduenies, vel ibi commorantes celebrant. Vnde reus confugiens ad dictam Capellam gauderet immunitate. Et sic testatur accidisse in praxi; Vide etiam Quintanaduenam in Theol. Mor. tom. 1. in Repert. tract. 1. dub. 7.

Sup. hoc supra in Ref. 10. §. Ad argumentum. & in Ref. 11

Sup. hoc supra in Ref. 6. §. Sed de his breuiter, post medium.

Sup. hoc supra in Ref. 10. §. Quod autem & prope finem, Ref. 11. & in tom. 7. tract. 1. Ref. 340. recitatur in fine. Ad fulciendam hanc doctrinam lege supra ex Ref. 8. §. Et tandem, post mediū, & alias Ref. eius annot.

RESOL. XXIII.

De aliquibus Ioannis Sancy opinionibus circa Immunitatem Ecclesiarum. Ex part. 1. tract. 1. Resolut. 39.

§. 1. Nouissimè